

etiam ut scultetus iam fatae civitatis eisdem in iure sui iudicii cooperetur nullatenus obmittendo. Ne igitur super huiusmodi donatione ulla possit ambiguitas in posterum suboriri, praesentem paginam desuper conscriptam eisdem dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Lipzk anno domini M°.CC°.LXXXVII° in die beati Michaelis archangeli.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. Das an einem von der Urkunde selbst zum Theil losgetrennten Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen.

No. 15. 1287. 4. Nov.

Markgraf Otto von Brandenburg bezeugt, es sei ihm bekannt, dass von seinem Verwandten (avunculus) Friedrich Markgrafen von Landsberg und dessen Schwester Gerdrudis, jetzt Schwester des S. Clarenordens, der Kirche der Nonnen dieses Ordens in Weissenfels namentlich aufgeführte Güter zu Eigenthum überwiesen worden seien, u. A. in Ranstete forensi^{a)} quinque talenta et sex solidi, — in civitate Lipz una curia sita iuxta ecclesiam sancti Nicolai, iuxta pontem eiusdem civitatis villa dicta Bets^{b)}, in villa Trenowe^{c)} decem et septem marcae, in villa Buch^{d)} V talenta et VII solidi, iuxta parvum Scochere^{e)} quaedam ligna et unum pratum —. Diese Schenkung sei erfolgt in Gegenwart zahlreicher glaubwürdiger Zeugen am 13. Oct. 1285.

Datum Wizenuels anno domini M°.CC°.LXXXVII. pridie Nonas Novembris hoc est in die sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae.

Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

a) Markranstädt. b) Jetzt die Petzcher-Mark, Wüstung vor dem Gerberthore. c) Throna, Par. Belgershain. d) Grossbuch, Eph. Grimma. e) Kleinzschocher, Eph. Leipzig.

No. 16. 1288.

Vergleich zwischen Laurentius Abt des Schottenklosters zu Erfurt und den Bürgern von Leipzig bezüglich der Niederlassung und Rechtsverhältnisse zweier Wollenweber und eines Bäckers in der Parochie zu St. Jacob.

Notum sit universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis, quod discordia quae vertebatur inter dominum Laurencium abbatem Scothorum in Erfordia ex una parte et inter burgenses Lypzenses ex parte altera sedata est amicabiliter et sopita sub hac forma, ut duo textores lanei operis et unus pistor sint in dote et in parochia ecclesiae beati Jacobi apostoli sita iuxta Lipzk, qui omnem iurisdictionem et formam texendi et pistandi servent quemadmodum textores et pistores infra muros Lypzenses commorantes observare consueverunt. Praeterea habebunt facultatem et liberum arbitrium vendendi et emendi sine telonio et omni aggravatione¹⁾ postposita, sicut illi qui sunt in civitate Lipzensi hereditati. Insuper sciendum, quod saepedicti viri videlicet pistor et textores secundum possibilitatem et facultatem eorum subvenient civitati in exactionibus et collectis. Huic autem compositioni interfuerunt viri venerabiles et devoti scilicet dominus Petrus praepositus sancti Thomae apostoli in Lipz, frater Ludolphus prior praedicatorum, frater Theodericus gardianus fratrum

1) Or. aggracione.